GODEFRIDUS ALTISSIODORENSIS. PETRUS DAMIANUS. SYMMACHUS. ODO MORIMUNDENSIS. FLORILEGIUM SANCTICRUCIANUM

Heiligenkreuz, 3. Viertel 12. und 1. Hälfte 13. Jh. Seite 30v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30390
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



cunctos sacerdotes adiuua. & presta ut faciant que
in hoc opusculo ipse loqui inspirasti. ut eis una me
cum tribuas regna celorum que scis tuis omnibus promisisti
dare. tibi laus. tibi gratiarum. tibi honor uirtus & potestas. per infi
nita secula seculorum amen.

Petri Damiani Apologeticus ad Alexandrum II Papam

ed. Cajetani Tom. III. 211

Domino alexandro uniuersali pape. Petrus peccator
monacus seruitutem. Sacrium spiritus sancti uestrum pectus
agnoscit. quia nisi me tunc necessitas apostolice sedis im
pelleret. & antiqua quam iam dudum circa uos habuerat
caritas inuitaret. post sancte memorie domini stephani
uestri quidem decessoris mei autem preceptoris obitum. ego
protinus episcopatum non canonice traditum sed uiolenter iniectum fun
ditus abscidissem. Meministis. N. domine mi quot quere
las coram uobis sepe deposui. quot gemitus. quot denique profun
da suspiria ex imis uisceribus traxi. quotiens etiam ub
ribus lacrimis tristia ora rigaui. Veruntamen apud uos tunc
non obtinui missionem. quia romane ecclesie que rui
nam minari uidebatur id utilitas non poscebat. Hunc autem
te in sagena petri clauum regente. sub tranquilla pace
tota xpi gratulatur ecclesia. Ventorum quippe se turbines re
primunt. procellarum spumantium uolumina conquiescunt.
Mitescunt maria. tota que uidetur celi serenitas in
nouata. Cum igitur sub sancto pontificatu uestro iocunda pace uni
uersalis ecclesia potiatur. canis meis et grandeue iam senectu
ti queso requies non negetur. Cuapropter ob remissionem peccatorum
omnium meorum que nequiter perpetraui cedo iure episcopatus.
et per hunc anulum uirgam. N. tulistis desperata deinceps
omni repetendi querela renuntio. Uestrum etiam monas
terium reddo uobis. et ut quiescendi municipium uetera
no et emerito militi permittatur imploro. Hic mihi fortassis
obicitur semel acceptum dimitti regimen non licere. Ad hoc
breuiter dico quod sentio. quia plerique pontificatus iura